

TH. LXI. Vigessimum secundum remedium est: Sedem Imperii non relinquere. Vigessimum tertium: Curam rei militaris ac disciplinam habere.

100. DE his, cum latissime agat Clapmarius *lib. de Arcanis Rerum publ.* qui & speciales Respubl. conservandi modos satis erudite aperit, hunc ipsum transcribere nolumus; sed B. L. eò remittimus, præsertim cum paginarum numerus, nobis invitis, sub manu ex creverit.

JURIS PUBLICI
EXERCITATIO SECUNDA

De

Successione & Electione in Imperio

Romano - Germanico.

Resp. CAROLO HÆCKHLBERGERO, ab
Höhenberg. Eqv. Austr.

Habita Mense Augusto Anno M. DC. LXIV.

THES. I.



Ristoteles, Philosophorum illud oraculum, Regnum cum Politia quam vocant & Aristocratia conferens, tandem non leve Monarchiæ movet dubium, 3. Pol. II. p. m. 205. dicens: Si autem jam aliquis statuerit, optimum esse civitatibus Regem habere, quomodo se habebunt, que faciunt ad filios? Utrum & sol. dem oportet regnare? At natis illis, quales contigit aliquando nasci, detrimento sum est. At non tradet Pater, cum hoc in manu ipsius sit, liberis. Verum de hoc non proutum est ipsi fidem habere; majorisq. virtutis est, quam natura humana ferat. Accurata certè & civilis prudentiæ magistrò digna dubitatio. Non multum hic ab it Barclajus, Scriptor ille acutissimus, & arcanorum politicorum maxime gnarus, in sua Argenide *Lib. I p. m. 108. & seq.* nervosum satis, ut solet, atq; altiori indagine dignissimum insti.